Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8261
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

lv.

in paralisi, unde sumat aureg
et confert. Item succus eius ad remo
vendum apostemata dura si liniat
tum eo. Item succus eius est ad
removendum scabiem. Item si suc
cus misceatur melli removet
pannos et cicatrices que remanent
post vulnera. Item removet duri
ciem splenis si succus eius cum aceto
commisceat. Item est contra morsum
omnium venenosorum unde cum vomo
ca 3 ij.

Fex vini. Melior fex est
vini antiqui potentis. De
Complexione nota quod sera
pion dicit quod sit calida et sicca in secundo.
De Operibus nota quod aliquando com
buritur et diversis modis combu
runt aliqui. Aliqui in vase terreo et
dimittitur ita diu in igne quo
usque dealbetur et tunc est combusta.
Alii ponunt inter carbones igni
tos et combusta est calidior non
combusta. Item fex non combusta
emplastrata super femur mulieris
et ab umbilico usque ad pudibunda
restringit fluxum eius, et pone
alia appositiva apponi. Item restringit
fluxum ventris si secundo cum aliis
appositis applicetur. Item prohibet
fluxum menstruum ad stomachum. Item
fex vini est in principio apostematum
et prohibet fluxum materie ad locum
apostematis maxime causatum a ma
teria. Item fex vini lavat sicut
thucia, et valet ad clarificandum
visum et removet vestigia oculorum.
Item fex mixta cum resina remo
vet alboras, et defedationes ungu
ium. Item adusta mixta cum re
sina pice et oleo mastici et fe
ungium cum quo si mungantur

tineas et dimittatur per diem postea
lavantur cum lixivio appreciato
tunc fiunt crines rubei seu au
rei. Item combusta est ad remo
vendum carnem putridam ulcerum
quia mordicativa et mundificativa.

Ficus est fructus arboris
notus, quia multe species
eius reperiuntur. Alia est
domestica, alia est silvestris. Do
mesticarum alia est montana, alia
est planiciei. Quamvis sit diversificatio
non tamen multum sunt diverse. Me
lior est domestica, et alba matura
melior quamque alia, post alba
est rubea melior, post rubea
est nigra. De Complexione nota
quod siccus in matura est sicce complexionis
matura recens non exsiccata est
calida complexionis in primo gradu, sed
exsiccata est calida in primo 2m Avicennam
sed Serapion dicit quod sit calida in secundo
gradu et in principio secundi, et
ficus est sicca in fine primi gradus.
De Operibus nota quod ficus per
se sumpta dat malum nutrimentum
unde est generativa pediculorum, et
hoc propter duo, quia dat malum
nutrimentum, secundo quia expellit ma
terias malas ad cutim et facit
sudare ex quibus per viam putre
factionis fiunt pediculi. Unde
sicut caro serpentum artificialiter
decocta generat pediculos, et hoc
a proprietate, quia expellit materias malas
ad cutim sic est de ficu. Item
ficus exsiccata est durior digestionis
sed humida est facilior digestionis.
Unde inter omnes fructus est facili
oris digestionis, et dat melius nu
trimentum. Item ficus est pectori

67